

maxime confunduntur. & offendunt eos qui
bus munera miserant. aestimantium. non furto
sacerdotum. sed fraude regum atq. consilio hoc
esse perfectū; Legimus in regum uolumine. regē
isrl manacem regi assiriorum phul. m̄ argenti
talenta misisse. ut esset manus eius cū eo. idest ut ei
preberet auxiliū. Inter quae nonnulli arbitran
tur. etiam uitulos aureos esse derelictos. Pro iarib
in presenti loco symmachus interp̄tatus est
ΥΠΕΡΜΑΧΝΤΙ. idest presuli defensori; Iuxta
spīt alem intellegentiā laborandum est quomodo
omnia hereticis coaptemur. Uaccas bethauen.
siue domus on̄. quod interpretatur labor. coluer̄
heretici. qui se in custodia mandatorum dī. hoc ē
samaria habitare iactabant dieq. iudicii quan
do germinabit quasi amaritudo iudicium super
sulcos agri. lugebit populus super eū. hoc est sup
uitulum. & super dogma peruersum. quod puta
bat dm̄. Sed & aeditui. non dixit exultabunt.
sed exultauerunt. ad preteritum tempus referens.
super gloria sua quaquondam gloriosa confinxe
runt. eo quod migrasset populus ad ō. siue quod
ipsa gloria dī migrasset a populo. a quo fuerat
derelicta. Quicquid autem locuntur heretici.
& pulchro sermone componunt. & mittunt mu
nera regi suo diabolo ad illū cuncta referentes.
Unde confusio eos capiet in aeternum. & confun
dentur in uoluntatibus suis. Quidam & supra
& in presenti loco in commentariis suis scriptum
reliquid regem iarib. idest ultorem xp̄m intel
legendum. quod nobis omnino displicet. Impiū

enim est quod iuxta historiam intellegitur de
rege assyrio iuxta tropologiam ad xp̄m referri;
Transire fecit samaria regem suum quasi spu
mam super faciem aquae. & dispdentur excelsa
idoli peccatum isrl. lappae & tribulus ascendet
super aras eorum. & dicent montibus operite nos.
& collibus cadite super nos. LXX. Proiecit
samaria regem suum sicut gremium super faciem
terrae. & auferentur are on peccata isrl. spine
& tribuli ascendent super altaria eorū & dicent
montibus operite nos. & collib; cadete super nos;
Pro spuma quam LXX & theodotio ΦΡΥCΑΝΟΝ
idest gremium transtulerunt aridas herbas sic
caque uirgulta quae camino & incendio preparant.
symmachus posuit ΕΠΙΖΕΝΑ. uolens ostendere
feruentis ollae superiores aquas. & spumam
bullasq. surgentes. quas greci ΙΤΟΜΦΟΑΥCΑC
uocant. Sicut igitur spuma quae super aquam
est cito dissoluitur. sic regnum decem tribuum
uelociter finietur. & peribunt excelsa. idest
bamoth. de quibus scriptum est. Uerum tamen
adhuc populus immolabat & adolebat in excel
sis. Ipsa autem excelsa on̄ sunt. siue aben. idē
idoli. quod interpretatur inutile. Quod idolum
& inutile peccatum est isrl. Dissipato autem
idolo & excelsis eius. lappa & tribulus ascendit
super aras eorū. signum ultime solitudinis.
ut ne parietis quidem. & extrema aedificiorū
uestigia relinquantur. Eo tempore dicent
montibus operite nos & collibus cadite sup nos.
Quod dn̄s in ultimo tempore captiuitatis iudaicae

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc254/0093